

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.



1699.

1. Brincknerus, Wilhelmus Hieronymus: De reconventione
2. Hoerckius, Henricus Smetius: De presentia partis  
in negotiis secularibus et ecclesiasticis
3. Friesen, Joh. Benhardus: De postulantebus pro alio  
sine mandato.
4. Lyncker, Nic. Christoph, de: Coll. jur. decanus p. 1. s. et o.:  
(ad Disputationem solennem Lutonici Bode invitat.)
5. Lyncker, Nic. Christoph, Collegii Juridici decanus p. 1. s. et o.:  
(ad lectionem solennem Sebastiani Fritzerici Koch invitat.)
6. <sup>et</sup> Lyncker, Nicolaus Christophorus, de: De mandato rei Turpis  
2 Sempl. 1730: 1748
7. Lyncker, Nic. Christophorus, de: De evictionibus  
(praesentandis).
8. Lyncker, Nic. Christophorus, de: Commentatio in jus  
patriam statuti civitatis Lynburgis. Pars communis:  
de statutis civitatum provincialium.

1699.

9. Schack, Johannes : De simplici quaesela .
10. Schubertus, Georgius : De nominatione ad honores  
publicos —
11. Schubertus, Georgius : Meditatio mortis ex primo juvis  
objecto .
12. Steyptius, Jo. Hieronymus : De puella variis  
malis laborante
13. Steyptius, Jo. Philippus, Fac. jur. Decanus : Programma  
lectioni auspicali Christiani Guilielmi Schmidt  
actore  
praemissum .
14. Wildvogelius, Christianus : De ~~actore~~ invito .
15. Wildvogelius, Christianus, Collegii jurisdici Decanus :  
De cantibus angelicis ad can. LV. d. Consec. dist. 1.  
Programma inaug( et lectionem cursoriam Augusti Borkii  
Jalandri invitat .

1699.

16<sup>a</sup> Wildvoogelius, Christianus: De eo, quod iustum  
est circa res exustas. 3. Exempt. Rec. 1719, 1738

1747.

16<sup>b</sup> Spizius, Felix: De procuratoribus canonicis.

17<sup>a</sup> Wildvoogelius, Christianus: De translatione p<sup>er</sup>it<sup>er</sup>com-  
missi. 2 Exempt. 1699 - 1737

18 Wildvoogel, Christianus: De quotidianis.

19. Wildvoogelius, Christianus, Collegii Actorum Decanus:  
De dominio rerum paternarum ad § 2. J. D. h. ed.  
qual. et. differ. Programm. inaugurale (ad lectionem  
cursoriam Johannis Alberti Gutzmer invitat.)

20. Wildvoogelius, Christianus: De consortibus liter<sup>is</sup>.

21. Wildvoogelius, Christianus: De documentorum recognitione

22. Wildvoogelius, Christianus, Collegii Actorum Decanus:

De characteribus indelible et Cap. 16. d. h. ed. 07 diei.

Programm. inaug. (ad lectionem cursoriam Christiani Schumi<sup>er</sup>  
invitat.)

- 1699.
23. Wildvogelius, Christianus: De processu concursus  
creditorum in foro Saxonico rite formando.
24. Wildvogelius, Christianus: De petitionibus bonorum  
fidei delatorum. 2 Sampl. 1699 & 1748.
25. Gemmer, Joh. Caspar: Bacchanalia christianorum




DISSERTATIO IVRIS PVBLCI ET CIVILIS,  
DE

1699, 9

29  
**SIMPLICI QVERELA,** 12

—•••••  
NOSTRIS:

Von denen Rechts-Händeln und Personen, welchen, mit  
Übergehung der ersten Instanz, erlaubet ist, sogleich an die  
höchsten Reichs- oder Land-Gerichte sich zu wenden.



QVAM

SVB PRAESIDIO

88  
DN. IOHANNIS **Schack**,  
1699

ICTI, PROFESSORIS IVRIS PVBLCI ORDIN,  
ET CONSISTORII REGII ASSESSORIS,

DIE X. SEPT. A. MDCC.

IN ACADEMIA GRYPH. CELEBERRIMA,

PVBLCIE DEFENDIT

MAGNVS IOHANNES DE **Schradern**,

NOBIL. POMER. LL. STUDIO SVS.



I E N A E,

REC. LITTERIS HELLERIANIS, 1757.

DE STATO LIB. PBLICI ET CIVILIS

DE

# SIMPLICI QUERELA

NOSTRIS

Contra et adversus Johannem Christianum, hactenus in  
Universitate Lipsiensi, et alibi, etiam in Lipsia, in  
suis hactenus hactenus hactenus hactenus hactenus

QUAM

SUB PRÆSIDI

## DR. JOHANNIS SCHACHEN

PROFESSORIS PBLICI ORDIN.

ET CONSULTORIS REGII ASSessoris


Die x sept. a. c. 1710

IN ACADEMIA GRYPH. CELEBRATIMA

PBLICE DEFENDIT

### MAGNVS JOHANNES SCHACHEN

PHIL. HOMER. ET STUDIORE




—————

L E N A E

IN C. LITTERIS HELLENICIS, PBL.





I. N. D. N. I. C.

**BENEVOLE LECTOR!**

**N**on multis est obvia hæc  
materia de **SIMPLICI**  
**QUERELA**; Hinc  
ejusdem Descriptionem,  
prouti eandem Iuri communi & Iu-  
dicatorum Ordinationibus confor-  
mem

A 2

mem

mem esse, credimus, hac vice tradere debuimus. Facile aliquis, cui subtiles descriptiones; vel acutæ definitiones, ad Logicorum regulas bene olent, nauseam crearet; sed, aliorum lucubrationibus sine difficultate aliquid superaddi potest; quinimo facilius est, reprehendere, quam imitari. Reprehendant itaque momi; quamdiu ab illis nec meliora prolata legimus, nec feliciora speramus, confidimus, fore, ut probati, & bonæ mentis integri viri justum de hoc nostro labore Judicium laturi sint. In hunc itaque finem, **BENEVOLVM LECTORVM** rogamus, ut, nos destinatis frui, faciat.

SIMPLICI QUERELA.



Monemur quidem à Jcto Ulpiano in l. 1. ff. d. de Reb. Credit. Sc. quod explicationem nominalem præmittere debeamus; sed, cum vocabula, *querela* & *simplex*, per se fatis clara sint, non sagaci indagationi immorabimur. Interim non negandum est, quod *simplex querela* sit diversa à *querela nullitatis* & *iniquitatis*, de qua agitur in §. 16. tit. 1. P. 2. *Ordin. summ. Tribun.* in verbis: *Als auch zuweilen, wenn gleich die Summa oder Causa nicht appellabilis ist, die beschwerte Theile, ob nullitatem, zur enormem iniquitatem, bey Unserm Ober-Gerichte sich beklagen, ob wir zwar nicht wollen, daß dieselbe bey solchem Vorbringen, bevorab da es einigermaßen beschleuniget und glaublich gemacht, obgehörtet abgewiesen werden, so soll doch fleißige Obacht seyn, daß niemand sich dessen mißbrauche, sondern vorher wohl examiniret und überleget werde: Einmahl soviel die Nullität betrifft, (cujus nullitatis rein den Process concerniret,*

p̄ratio fit per rescriptum, ubi causæ cognitionem non desiderat, *Mev. P. 3. d. 67.*) oder ob dadurch jemand zugleich an den meritis causæ beleidiget oder verkürzet sey, und das in erstbesagtem keine Proceſſe, in legt-beregetem aber nicht anders erkandt werde, denn, wenn nebst der Nullitate Processus zugleich worinn jemand an seiner vermeintlich habenden guten Sache laidret, vermeldet, und solches ex actis prioribus alsofort begründet, scheinbar gemacht; Zum 2.) daß, wenn super enormi iniquitate geklaget, dieselbe eigentlich specificiret, und das Recht, wogegen jemand beschweret zu seyn vermeynet, deutlich mit angeführet werde. Und soll alsdann, nach Befindung, kein weitläufiger Proceſſus darüber verſtattet, sondern nur dem Judici à quo das Einbringen communiciret, die Einfendung der Acten erfordert, wenn das Vorbringen unbefind- oder unerheblich, durch ein Decret die Sache remittiret, dabey der Supplicans oder Provocant in Straffe, wegen muthwilligen verzügerten Rechtens, auch der Gegentheil in die Unkosten und Schaden verdammet, sonst aber, da die enormis laesio & iniquitas erschiene, was rechtlicher Ordnung nach sich gebühret, angeordnet werden, biß dahin aber dem Judici à quo in der



der Sache zu verfahren unbenommen, und die Hände, durch dergleichen Provocationes, nicht gebunden seyn sollen. Differt porro hæc *simplex querela* ab illo genere querelæ, per quod illud, quo vel in actu extra judiciali, aliove quis gravatus est, qui rem judicatam ideo non consequitur, quod citra causæ cognitionem contigerit, apud inferiorem Judicem quis emendate instituit. *vid. Lynck. de gravam. extrajudic. c. 9. p. 2. §. 21. pag. m. 810.* Quinimo separata est ab illa querela, quæ instituitur contra sententiam, quæ ob singularem causæ indolem aut favorem non transit in rem judicatam. *ibid. §. 22. p. m. 811.* neque convenit cum illa quærela, quam Elektor Moguntinus, in causis Statuum gravioribus, recipit, & exemplo aliorum Regnorum, comitiis defert. *vid. Artic. 42. in fin. Capitul. Leopold.* in verbis: Auch Unsern lieben Riesen, dem Chur-Fürsten von Maynz, eine und andere Sache der klagenden Stände, (wenn schon dieselbe Unsere Geheime und Reichs-Hof-Räthe betreffen) in den Chur-Fürstl. oder den sämtlichen Reichs-Rath, ihrer Art und Eigenschaft nach, zu bringen, zu proponiren, und zur Deliberation zu stellen, kein Einhalt gethan 2c. 2c.

§. II. Sed, nunc ad ipsam *simplicis querela* de-

descriptionem: Est autem simplex querela, medium illud, per quod varie cause ad supremum Judicium quoad primam instantiam deferuntur. Aliam descriptionem hac vice tradere non potuimus; siquidem nobis nullum Doctorem Juris, vel textum quendum inspiciere contigerit, ex quo, ulteriori meditationi adhærendi, occasio data fuisset. Interim videbimus, quomodo est istis, quæ ex aliis Doctoribus, ordinationibus Judiciorum & Jure communi congesta sunt, hanc nostram tueamur.

§. III. Dicitur autem simplex querela medium aliquod quoad primam instantiam. Per instantiam hic non intelligimus spatium illud temporis, per quod durat ejusmodi instantia; vel petitio; siquidem hac tantum ratione, causas criminales debita instantia, i. e. biennio à die litis contestatæ per l. ult. C. Ut intra cert. temp. crim. quasi termin. At, causas civiles triennio, per l. properandum C. de Judiciis, terminari, legimus; sed instantiam capimus pro petitione Judiciali; seu imploratione. l. un. §. fin. ff. de libell. dimissoriis, l. fin. C. ad L. Cornel. d. Falc. Schwend. process. Fibigianus, Cap. 2. pag. m. 153. quo pertinet phrasis illa, ad instantiam partis, i. e. ad petitionem partis, vid. Almers Manuale Jur. pag. m. 606. Quoad hanc instantiam.





stantiam, eamque primam, simplicem querelam  
 vocamus medium aliquod; ita & Gafelius in  
 Specul. Juris Univ. Cap. 13. n. 1. pag. m. 143. in ver-  
 bis: *vel per viam simplicis querela, i. e. prima in-*  
*stantia.* Gail. 1. Obs. 1. n. 1. in verbis: *In quibus Ca-*  
*mera per modum simplicis querela, in prima instan-*  
*tia adiri potest.* Textor in Recess. Imperii de Anno  
 1654. disp. 4. th. 4. pag. m. 130. in verbis: *Terminus*  
*hic simplicis querela videtur esse synonymus primæ*  
*Instantiæ.* Dominus Assessor Coch. in pr. for. Germ.  
 P. 1. Cap. 1. pag. m. 11. in verbis: *Causæ ipsæ sunt vel*  
*simplices querelæ; vel appellationis, seu secunda in-*  
*stantia.* Lyncker. de Gravam. extrajudic. Cap. 9.  
 P. 2. §. 28. pag. m. 815. in verbis: *De via simplicis*  
*querelæ nil addimus. Nam ea non tam à gravante,*  
*nec unquam in secunda instantia; quam ad obtinen-*  
*da, quæ nobis absunt, eoque procedendi modo, qui ni-*  
*hil cum appellatione commune habet, instituitur.*  
 Königl. Hoff. Gerichts-Ordnung, P. 2. Tit. 1. §.  
 1. in verbis: *Sie werden per viam appellationis,*  
*oder per modum simplicis querelæ, anhängig ge-*  
*macht.* Tribunals-Ordnung P. 2. Tit. 1. §. 2. in ver-  
 bis: *Wie in unterschiedlichen Fällen, auch quo-*  
*ad primam instantiam die Jurisdiction der im Kö-*  
*niglichen Reiche befindlichen höchsten Gerichte fun-*  
 dret,

B

diret, und allda per viam simplicis querelæ zu verfahren erlaubet; also soll es ebener Gestalt bey Unserm Ober-Gericht damit gehalten werden.

§. IV. Statuimus porro in Descriptione nostra, quod *simplex querela* sit medium, per quod *varia* causæ ad supremum Judicium quoad primam instantiam trahuntur. Exinde autem nobis non licet concludere, quasi omnes causæ ad suprema Judicia vel Tribunalia per *simplicem querelam* trahi possint; sed tantum illæ, quibus Jus, & Ordinationes Judiciorum beneficium primæ instantiæ in supremo Judicio largiuntur. Eo modo per *l. unic. C. quando Imperator inter pupillos vel viduas* &c. pupillorum, viduarum & aliarum personarum miserabilium causæ quoad primam instantiam, ad superiorem Judicem; vel supremum Judicium trahuntur; ibidemque per *simplicem querelam* institui possunt. Id quod satis fundatam habet rationem: cum enim ejusmodi homines communiter premi soleant, ideo & Principi seu superiori, qui pater communis est omnium miserabilium, *Aymon. Cravett. Conf. 9. n. 37. Rol. à Valle Conf. vol. 2. Conf. 18.* quam maxime incumbet, illos contra quamcunque injuriam tueri. *Gail. 1. Obs. 1. n. 40.* Et lacræ literæ passim Principibus & Super-

Superioribus has personas commendant: Facitē  
 iudicium viduæ & pupillo. *Deuteron. Cap. X. v. 18.*  
 subvenite suppresso, iudicate pupillo, defendite  
 viduam, *Esaia Cap. I. v. 17.* Nec obstat, quod  
 iudices precibus miserabilium illachrymari non  
 debeant. *l. 19. ff. de offic. Presid.* nec iisdem in Judi-  
 cio favere. *Mev. P. 2. Dec. 278. n. 1.* cum in hoc nul-  
 la acceptio personarum habenda sit. *C. 12. d. R. I. in  
 6to.* Respondemus tamen, quod hoc beneficio,  
 quando *Imperator Constantinus* in *d. l. unic.* talibus  
 personis indulget, per *simplicem querelam* in supre-  
 mo iudicio suas causas proponere, nemini inju-  
 riam inferat; sicuti nec moris Imperatorii esse so-  
 let, in cuiusquam injuriam beneficia tribuere, *l. 4.  
 C. d. emancipat. liber.* potius exempla Imperatorum  
 & Principum habemus laudatissima, ubi ipsimet  
 has miserabiles personas in suis supremis iudiciis,  
*tanquam prima Instantia*; vel etiam soli exaudire  
 voluerunt. Sic *Ferdinandus I.* Imperator lauda-  
 bilem apud posteros reliquit famam, quod, ita di-  
 xisse, legatur: **Wenn wir arme Leute nicht hören,  
 wenn sie klagen, so wird uns Gott wieder nicht  
 hören, wenn wir in Nothen zu Ihm schreyen.**  
*vid. M. Ernsts Bilder-Haus, P. 2. sub Tu.* Die  
 rühmlichen Wittwen-Retter. Ubi exemplum  
 sub-

Subjicit de Friderico Saxonix Electore, daß, da ei-  
 ne Wittwe mit ihrem Urthel nicht hat können zu-  
 rechte kommen, dieselbe an Se. Chur = Fürstl.  
 Durchl. suppliciret, daß man ihr doch das „rechte  
 Recht,“ wiederfahren lassen mögte; Worauf er  
 die Rätthe nicht allein befraget, ob sie zweyerley  
 Recht hätten? sondern ihnen dabeneben anbe-  
 fohlet, daß sie der Frauen das „rechte Recht,“  
 auß eheste mittheilen sollten. Quod autem d. l.  
*unic. C. quando Imper. &c.* ita in praxi & observan-  
 tia sit, ut pupilli, sive tutorem habeant; sive non,  
*Carpz. lib. 2. Resp. 19. n. 5.* viduæ & aliæ miserabiles  
 personæ, ex eadem, *primam instantiam in supremo*  
*Judicio,* & apud supremum Judicem, in causis suis  
 defendere possint, & easdem per *Simplicem quere-*  
*lam* eo referre, de hoc non est dubitandum. *Vid.*  
*Carpz. lib. 2. Resp. 19. n. 17. Dominus de Rhetz. in In-*  
*stit. Jur. publ. l. 1. tit. 1. §. 74.* sed hæc ita intelligen-  
 da sunt, *ut dict. L. unic.* adminiculo fundandæ Ju-  
 risdictionis quoad primam instantiam, Juris qui-  
 dem publici ratione adhuc fruamur; sed, quoniam  
 ob Jus superioritatis territorialis, quod Electori-  
 bus & Statibus Imperii competit, Cæsar & summa  
 Imperii Romano-Germanici Tribunalia subdito-  
 rum eorum intuitu, per modum simplicis querelæ  
 nihil

nihil suscipiant ; sed Statibus per modum primarum instantiarum relinquunt, *Artic. 3. Capit. Caesar. Leopold. in verb. von Dero Botmäßigkeit und Jurisdiction &c. Gail. 1. Obs. 1. ita scribens, in Camera Imperiali d. l. unic. non amplius observari, nec omisso medio, decerni processus, nisi in casu denegate vel protractæ Justitiæ.* Hinc istud remedium ex dict. *L. unic. nec Caesar, nec Camera Casarea mediatorum respectu exercent, vid. Ord. Cam. P. 1. tit. 41. & quidem ex hac ratione, ne Jurisdictiones confundantur, l. nemo. C. d. Jurisdic. sed Electores & Status Imperii hoc Jure utuntur adhuc, ut personæ miserabiles in eorum territoriis, neglectis primis instantiis, ad ipsos immediate provocare possint, Brunnem. in Comment. ad d. l. unic. vid. Rhet. in Insitut. Juris publici, lib. 1. tit. 1. §. 74. in fine, pag. m. 42. Eo respicit Vultejus in d. l. unic. n. 20. & seq. quando scribit, quod qua Imperatorem plane non obtineat ; sed nihil impedire, quominus Principes Imperii in territoriis suis illud introducant. Idem sentit Carpzov. lib. 2. Resp. 19. n. 16. 17. Et licet in summo Tribunali Wismariensi per Dec. 110. in fine P. 2. remedium *d. l. unic.* non concedi videatur ; id quod sine dubio ob hanc quoque rationem evenit, quia Tribunal Wismariense qua provincias*

Germaniæ, Coronæ Svedicæ subiectas; in locum  
 Camerae Imperialis surrogatum est. *vid. Dominus  
 Coch. in pr. for. germ. P. 1. c. 1.* quæ ex deductis non  
 admittit *d. l. unic.* attamen, non dubitandum est,  
 quin *Sacra Regia Majestas*, ut Status Imperii Ro-  
 mano-Germanici *d. l. unic.* remedium personis mi-  
 serabilibus in summo Tribunali Wismariensi con-  
 cedere possit. Nam sub hac limitatione intelligen-  
 mus, illos Germaniæ Jctos loqui, qui asserunt *d.  
 l. unic.* ex usu recessisse. *vid. Paurmeißer. d. Jurisd.  
 lib. 2. c. 4. n. 97. & 99. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 1.  
 cap. 31. n. 44.* Deinde, quando in hac nostra dis-  
 putatione de causis miserabilium personarum scri-  
 bimus, loquimur potissimum ex veritate Jurispru-  
 dentia Romanæ, quæ miserabilibus agentibus non  
 denegat suas causas ad suprema Iudicia quoad pri-  
 mam instantiam ex *d. l. unic. per simplicem querelam*  
*deferre.* Et certe admodum hæsito, quare *allega-  
 ta decis. 110. summi Tribunalis*, ita simpliciter lo-  
 quatur, cum tamen ex §. 6. *Ordin. summi Tribun.*  
*P. 2. tit. 1.* concludatur: *Daß auch die Fälle, so  
 nach den gemeinen Rechten zu des hohen Tribu-  
 nals Jurisdiction gehören, dessen verbleiben sollen.  
 Vid. quoque præfat. Ordin. summi Tribun. §. ult. in  
 verbis: Deswegen soll es nach den allgemeinet  
 Rät-*

Käyserlichen Rechten. *re.* Iam vero ex veritate  
 Iuris Romani, quod Ius Commune & Cæsareum  
 vocamus, vid. *Stryckii discursus preliminar. de usu*  
*& auctoritate Iuris Romani pag. m. 19.* & causa mise-  
 rabilium pertinent quoad primam instantiam, ad  
 summa Iudicia ergo nec pauperibus, qui inter mi-  
 terabiles personas numerantur, *Sichard. in dict. loc.*  
*unic. C. quand. Imper. &c.* In summo Tribunali  
 hoc denegandum esset. Enim vero, modeste &  
 submisse hic sentimus, & non sine prægnanti ratio-  
 ne, quam & supra dedimus, scilicet quia Tribunal  
 Wilmariense in locum Camerae Imperialis surro-  
 gatum est, posse id ejusdem Iura sibi qua provincias  
 Germaniæ, Regiæ Majestati subditas, vindicare,  
 allegatam decisionem non summi Tribun. Wilmari-  
 esse conceptam, concedimus. Verum si Tribun.  
 Wilmari. quia instar Ipsius Regiæ Majestatis liti-  
 gantium causas dirimit, reciperet alicujus paupe-  
 ris, vel miserabilis personæ causam, tanquam in  
 prima instantia decidendam, id quod, si velit, ex  
 eo facere posse, confido, quia ex Iure Communi,  
 quod & sequi tenetur, pauperum causæ eo pertine-  
 re possunt quoad primam instantiam; casus ita  
 considerandus esset, ac si ab Ipsa Regia Majestate  
 fuisset acceptatus decidendi causa; hinc eundem  
 non

non posse avocari, credimus, quia Serenissimi Re-  
 ges Sveciæ à Tribunali VVismariensi causas avoca-  
 re nolunt; hoc enim pacto, Clementiæ & Iustitiæ  
 suæ documentum dederunt, & id ordinationi Sum-  
 mi Tribunalis inferi curaverunt. *vid. Prefat. Or-  
 din. Summ. Tribun. §.* Und ob wir wohl, in verbis  
 &c. sondern, ob jemand sich dergleichen etwas un-  
 ternehmen würde, derselbe nach Befindung von  
 Uns ab- und an gebührendem Orthe zu rechtli-  
 chem Austrage angewiesen, nichts desto weniger  
 auch, ob jemand gefährlich durch seine Sub- & Ob-  
 Reption etwas zu Hemm- oder Hinderniß der  
 Iustice ausgebracht hätte, auf Uns davon erstat-  
 tete Relation, nach Unserer Ordnung, weiter ver-  
 fahren, bey Verspürung eines Muthwillens und  
 Widersetzlichkeit, die dem Gegentheile verursachte  
 Unkosten und Schäden, auch wegen zugefügter  
 Hinderniß und Despecta eine ernste Straffe zu er-  
 legen, angehalten werden. *vid. quoque Mew. P. 1.  
 D. 240.* Præcepto autem Regio de referendo ex  
 actis causæ statuta, & sistendo interim processu, ob-  
 temperandum censuit Tribunal, quia hæc non est  
 avocatio. Et ipsa *Camera Imper.* huic præcepto  
 ex causa morem gerere tenetur. *Mew. dict. loc.* quin-  
 imo porro dicendum est, quod si Princeps in pro-  
 vincia



vincia dicasterium vel iudicium provinciale, cui  
 Hof-Gericht instituit, per illam constitutionem,  
 illam facultatem avocandi, abdicare, quod & in  
 dicasterio Pomeraniae obtinet. *vid. Mer. Consil.*  
*97. n. 37. Dominus Coch. in prax. for. Germ. P. I.*  
*c. 5. n. 6. in fin. pag. m. 92. nec obstat l. 58. ff. d. Judi-*  
*ciis*, ubi dicitur, quod *Judicium solvatur vocante*  
*eo, qui judicare jusserat, vel etiam eo, qui majus im-*  
*perium in eadem Jurisdictione habet*; siquidem in  
 Summo Tribunali idem judicet, scil. Rex, qui ju-  
 dicare jusserat; nec alius sit, qui majus imperium  
 in eadem Jurisdictione habeat. Deinde avocatio  
 causae est litis, coram inferiore pendentis, ad supe-  
 riorem, absque provocatione, facta translatio, *Co-*  
*varr. pract. quest. tit. 2. c. 9. n. 1.* quae descriptio hic  
 applicari non potest. Quamobrem, si per *simpli-*  
*cem querelam* aliqua causa ad summum Tribunal  
 deferatur, ibidem quoque maneat finaliter deci-  
 denda; & ab eodem judicata effectui danda est.  
 Et, cum hoc singulare Jus istis personis, quae *in d.*  
*lege unic.* expressae sunt, sine dubio competat, me-  
 rito quaeritur: *Anne & aliae persona miserales in*  
*d. lege unic. non nominate, sibi arrogare possint, per*  
*simpli- cem querelam ad Summum Tribunal statim*  
*pervolare, & ibidem primam instantiam eo modo*  
*facere?*

C

*facere?* Quam certe quaestionem non negamus.  
 Siquidem clausula illa generalis: *vel alias miserabiles personas* &c. omnes certe comprehendit, qui quadam commiseratione digni sunt. *vid. disputat. Schultzii ad dict. leg. unic. Anno 1698. Francof. habitam.* Hinc non excludimus *spurios*, quia neque facti, neque Iuris infamia laborant, *Paleott. d. nobil. & spur. c. 55. & seqq. Tiraqu. d. Nobilit. c. 15. n. 30. Stypmann. d. Referend. c. 3. n. 40.* Eorum enim nullum est turpe factum; *sed parentes tantum peccarunt. c. 5. dist. 56. l. 7. C. d. natur. liber.* quamvis *Scaccia d. appell. qu. 9. n. 123.* ipsos beneficio *d. lege unic.* velit excludere; quem tamen praedictae rationes jam refutarunt. Huc quoque istos filios referimus, quorum parentes dementes sunt, vel ob furorem inutiles, quia isti non intelliguntur habere patrem. *l. 17. §. 11. ff. d. injur.* Deinde non excludimus minorennes, quia hi aequae ac pupilli hominum insidiis expositi sunt, ideoque digni commiseratione, & ex aequitate naturali adjuvandi, *l. 1. l. 37. §. in delictis autem. ff. d. minor. 25. annis,* siue curatorem habeant, siue non, *Herm. Vultejus ad d. l. unic. Hilliger. in Don. enucl. l. 17. c. 20. lit. B.* Nec minus hic includimus virgines majorenes. *Vinc. cent. de Franch. Decis. 110. per tot. Pacian. Conf. 85. per*

per tot. quia pro his militat consilii inopia, imbecillitas  
 lexis, ac mariti, à quo defendantur, carentia. *Brunnem. ad d. l. unic.* plures alias personas, quae  
 beneficio *d. l. unic.* per simplicem querelam statim  
 suprema iudicia quoad primam instantiam adire  
 possunt, jam volumus silentio praeterire, & illud  
 tantum notare, quod imprimis illa *miserabilitas*  
 probanda sit, quia fundamentum intentionis à  
 quovis probandum est. *l. 23. C. de probat. Glossa in*  
*l. 5. §. 1. verb. dubitetur. ff. qui satisd. cogit.* quod &  
 de paupertatem allegante, in terminis adducit, *Ca-*  
*rol. Molinaus ad d. l. unic.* sed limitari potest haec ne-  
 cessitas probandi in miseria notoria, quia notoria  
 non indigent probatione; sed ab onere probandi  
 relevant. *c. 3. X. d. test. cog. c. 8. X. d. Cohabit. cleric.*  
*Et mulier. Sc. Gvid. Papa Decis. 221. n. 3. Mascard.*  
*d. probat. concl. 1107. Et 1108. vol. 2.* Quamvis por-  
 ro nec reticendi sint illi casus, ubi miserabiles perso-  
 nae beneficio *d. l. unic.* per simplicem querelam non  
 possunt uti. Itaque, quando minor fit majoren-  
 nis, pauper dives, tunc, quia cessat causa privilegii,  
 cessat quoque ejus effectus. *Anchor. Conf. 344.*  
 Et certi Juris est, quod mutata personae conditio-  
 ne, ipsarum quoque rerum status quoad forum  
 mutetur. *arg. l. 7. ff. d. Judic. Cotbm. vol. 6. Acad.*  
Resp.

*Resp. 27. n. 57.* Deinde cessabit hoc beneficium, quando personæ sunt utrinque miserabiles, quia privilegiatus contra privilegiatum non suo privilegio; sed Jure communi utitur. *l. 8. ff. d. excusat. Tutor. Salgad. in Labyrinth. credit. p. 1. c. 7. n. 46.* Nisi cum pupillo divite litiget pupillus pauper, tunc sane inferior conditio æque privilegiati prævalere debet. *Scaccia d. appell. q. 7. n. 129. Cardin. Tuschi. lit. M. concl. 274. n. 19.* Quinimo & illis personis simplex querela in supremo Judicio denegatur, qui beneficio *d. l. unic.* renunciarunt. *Tiraqu. in Comment. ad l. Si unquam. C. de revoc. donat. num. 124.* vult quidem *Glossa ad d. l. unic.* quod huic privilegio renunciari non possit; quod & vult *Gail. l. Obs. 1. n. 40.* sed, verius est, hoc privilegium renunciatione tolli posse. *vid. Casp. Schifordeggerum ad Anton. Faber. lib. 2. tit. 24. quæst. 2. pag. 265.* Nam, quia in arbitrio miserabilis personæ situm est, an causam suam ex beneficio *dict. l. unic.* per simplicem querelam ad supremum Judicium deferre velit, nec ne; sequitur omnino, quod utique contemnere possit ea, quæ pro se introducta sunt. *arg. L. Si quis. pen. C. d. pact. l. 41. ff. d. minor. Uimm. disp. 4. concl. 11. n. 62.* Et sic eas causas explicatas dedimus, quas Jura & Doctores ob privilegium personis

nis miserabilibus *in dict. leg. unic. datum*, volunt  
per *simplicem querelam* ad supremum Judicium  
quoad primam instantiam deferre.

§. V. Nunc quoque referendum est de al-  
tero casu, ubi sc. per ordinationem Camerae Impe-  
rialis *P. 2. tit. 19. usque ad tit. 26.* & ordinationem  
Summi Tribunalis *P. 2. tit. 1. §. 2. 6.* varix causæ ad  
supremum Judicium *quoad primam instantiam* per-  
tinent, & per *simplicem querelam* ibidem institui  
possunt. Inter has prima est, *de pace Religionis*; ad  
illam enim quiete habendam, omnes tumultus  
sunt prohibiti, sancitumque est, ne quis in Religio-  
ne vel Catholica, vel Augustanæ confessionis tur-  
betur, vid. *Rec. Imper. de Anno 1555. §. In solcher.*  
Ejus species sunt, Transactio Passaviensis, quæ le-  
gitur *in d. Rec. §. Seßen demnach. 2c.* atque Instru-  
mentum pacis, *arg. Instr. Pac. artic. 5. §. 1.* Si ita-  
que aliquis intuitu Religionis læsus & turbatus fue-  
rit, sive sit mediatus, sive immediatus, potest per  
*querelam simplicem* sua inde gravamina, imprimis  
perpetuam turbationem in supremo Judicio Came-  
rali *quoad primam instantiam* proponere, & non  
tantum mandata inhibitoria; sed adhuc Citatio-  
nes ad videndum se declarari in pœnam Banni Im-  
petialis, impetrare. Quamvis hodie in citatione  
super

super fracta pace (sive Religiosa, sive Profana) & mandatis de non offendendo, pœna pecuniaria substituatur. *vid. Blubm. pr. Camer. tit. 29. §. 267.* Hinc, cum civitas Lub. & Hamburg. adversus Principem Saxo-Lauenburg, in puncto fractæ pacis ad bannum agerent, decreto ipsis indicatum est, *woserne sie förmlicher anruffen würden* s. e. si atrociores executoriales sub pœna pecuniaria peterent. *vid. Blubm. Chiliad. sentent. n. 61. Dominus Coch. in pr. for. Germ. P. 1. c. 1. §. 17. in fine pag. m. 13.* Et prædicta omnia de turbata pace Religiosa, locum quoque invenient in turbatione pacis profanæ. Licet hoc casu ad fundandam Jurisdictionem summi Judicii Cameralis quoad primam instantiam, & ut simplex querela juste instituatur, tria requirantur: (1) ut vis illata sit publica, (2) ut vis inferatur armata manu; armatis hominibus coadunatis; ubi Judex *ex R. I. d. Anno 1594. §. Ebener* massen, arbitrabitur, quot armati sufficient, ut pax dicatur fracta. (3) Ut vis illata sit ex proposito & dolo. In hac eadem causa fundata quoque est Jurisdictio summi Tribunalis quoad primam instantiam & quidem ex generali sanctione Ordinis. *Tribun. P. 2. tit. 1. §. 2. 6.* Quinimo non solum Camera Imperiali; sed & aliis Summis Judiciis Statuum cura

cūra publicæ quietis concedita censenda est. *Mev. P. 1. Dec. 104. Ordin. Cam. P. 2. tit. 10. §.* Und soll auch einem jeden. Quapropter & Jurisdictio Dicastrii Gypphiswaldensis ut supremi, respectu inferiorum Judiciorum, quoad causas fractæ pacis publicæ fundata est. *vid. Hoff-Gerichts-Ordnung P. 2. tit. 1. §. 10. in verbis: Die nicht Land-Friedbrüchig. 2c.*

§. VI. Porro, inter causas, quæ per simplicem querelam ad supremum Iudicium, sc. ad Cæmeram Imperialem, quoad primam instantiam, trahi possunt, numeratur quoque violatio privilegii Imperialis, si quis ad pœnas eidem privilegio insertas velit agere. *vid. Gail. 1. Obs. 1. n. 7.* Et pertinet, utrum violator sit Imperii immediatus, an mediatas. *vid. Bluhm. P. C. tit. 39. n. 2.* ubi habet exceptionem in Clerico mediato. Eodem modo adversus privilegii violatores, utut mediate subiectos forum radicatum est *in Tribun. VVismar.* etsi privilegio non fuerit expresse inserta pœna, cum exinde non existat Jurisdictionis ratio. *Mev. P. 7. D. 94.* Enimvero, ubi simul privilegii quædam declaratio & confirmatio requiritur, hæc ad Iudicium licet supremum non pertinet. *Mev. P. 5. D. 305.*

§. VII. Nec minus per simplicem querelam

lām in Tribun. VVismar. uti in Camera Imperiali relaxationes Iuramentorum ad effectum agendi in prima instantia, petuntur. *Mev. P. 1. D. 132.* nec non Fiscales causæ, quales sunt, quæ Bona Regia concernunt, uti ad *Cameram Imperialem, Gail. 1. Obs. 1. n. 20.* ita etiam ad *Tribunal VVismariense pertinent. Mev. P. 6. Dec. 143. n. 3.* Et licet Magistratus inferior sibi pœnam criminalem in causis criminalibus vindicet, Fiscus tamen interesse in eadem causa ad supremum Iudicem spectat. *Mev. P. 5. D. 379. 380.* Quinimo cum Iure Fisci ita comparatum est, ut nulla præventionem obstanti causam alibi pendentem ad se trahat. *Mev. P. 4. D. 185.* modo Fiscus ex Jure suo agat. *Mev. P. 9. D. 155.*

§. VIII. Tandem ad supremum Judicium quoad primam instantiam & illæ causæ per simplicem querelam devolvuntur, quæ ob defectum inferioris Judicis non alium Iudicem habere possunt, quam supremum. *Mev. P. 1. Dec. 238.* Dicere solemus, ubi ordinaria deficit Jurisdictio, Iudex etiam incompetens adiri potest. *l. 7. §. 2. ibi Ddores ff. qui satisd. cog.* multo magis, qui etiam competens est, si inferior deficit. Et præstat ordinem judiciorum post habere, quam Iustitiam. Quæ, ne alicui desit vel denegetur, iste non attenditur. *Coler. d. process. Execut. p. 2. cap. 1. n. 21.*

§. IX.



§. IX. Sunt præterea adhuc aliæ causæ, quæ per simplicem querelam ad supremum Judicium quoad primam instantiam deferuntur, quarum Gail. 1. Obs. 1. ut & Ordin. Com. P. 2. tit. 19. usque ad tit. 26. meminit; sed earundem explicatione & hac vice cogor superledere. Enimvero ex his præmissis concludere licet, quod ob evitandam Jurisdictionis confusionem Advocati in id incumbere necesse habeant ut supremum Judicium per simplicem querelam in nulla causa adeant, nisi prius ex Jure communi vel ordinationibus Judiciorum certo edocti sint, quod talis supremi Judicii Jurisdictionis quoad primam instantiam in illa causa fundata sit. Et id imprimis inculcat §. 6. tit. 1. P. 2. Ordin.

Summ. Tribun. in verbis: **Sonst und auffer denen obgedachten Fällen, darinn Unsers Ober-Gerichts Jurisdiction, nach den gemeinen Rechten, Reichs-Constitutionen und dieser Ordnung, zur ersten Instanz, begründet ist, wollen und gebieten Wir ernstlich, daß sich weder die Partheyen, noch die Advocaten und Procuratores gelüsten lassen, die Jurisdiction zu confundiren; oder einige Sachen, welche zu erster Instanz vor dieses Gericht nicht, sondern vor andere, es seyn die auch, und haben Drahmen wie sie wollen, gehören, all-**  
**D hier**

hier vorzubringen; sondern es soll eine jegliche  
 Sache an gehörigem Orte gelassen werden, und  
 einem jeglichen Gerichte seine Jurisdiction, und  
 Unsern Untersassen und Angehörigen das benefi-  
 cium primæ Instantiæ, zusamt ihren ordentlichen  
 Austrägen, und Privilegiis fori, wie dieselbe nach  
 den gemeinen beschriebenen Rechten, Reichs-  
 Constitutionen, Landes-Satzungen, Privilegien,  
 und üblichen Gewohnheiten, einem jeden compe-  
 tiren und zustehen, ungeschmälert, und unge-  
 frächt verbleiben. Quamvis etiam dentur calus,  
 ubi prima instantia non potest urgeri. Nimirum  
 (1) si plures rei diversi fori conjungantur; modo  
 ista conjunctio non sit captiosa, & dicis gratia facta.  
*Carpz. lib. 2. Resp. 16. 17.* (2) Si post litem conce-  
 statam incipiat beneficium primæ instantiæ. *l. 7. ff.  
 d. judic. l. fin. §. 1. C. de in jus voc.* (3) Si lis denun-  
 cietur. *l. 49. pr. ff. de judiciis.* (4) Si instituitur re-  
 conventio. *l. 22. ff. d. judiciis l. 14. C. d. sentent. Et in-  
 terlocut.* Sed hic singulariter notandum, quod  
 Studiosi in reconventionis instantia non teneantur,  
 sed reconvenientes ad Rectorem Academiæ mit-  
 tantur. Hinc, si Studiosus civem coram magistra-  
 tu oppidano convenerit, eundem Studiosum civis  
 coram eodem magistratu reconvenire nequit, &  
 qui-

quidem ob conclusionem generalem. *Authent. Habita. C. ne filius pro patre. vid. Dominus Assessor Coch. in pr. for. Germ. P. 1. c. 3. pag. m. 78.* (5) Si finito possessorio moveatur petitorium. *l. 10. C. de Judiciis.* (6) Si primæ instantiæ fuerit renunciatum; vel expresse, vel tacite. (7) Si à Iudice primæ instantiæ causa sit avocata. *vid. Schovvendingörfferi proc. Fib. cap. 2. pag. m. 295.* Enimvero de his 7. Casibus non adeo erimus solliciti, quia non per simplicem querelam ad supremum Iudicium quoad primam instantiam pertinent.

§. X. Si ultimo & quasdam causas ex prorogatione ad supremum Iudicium quoad primam instantiam per simplicem querelam devolvi posse, fateamur, non erabimus. Descendit autem hæc prorogatio ex arbitrio partium. Nam in cujusvis arbitrio positum est; an uti velit exceptione incompetentiæ, an vero ea omissa Iudicem incompetentem agnoscere, ejusque Iurisdictionem prorogare? *l. 18. ff. d. Jurisd. l. 1. C. d. Jurisd. l. 1. 2. ff. de Judiciis. Manz. Dec. 97.* quæ prorogatio sicuti præsupponit Iurisdictionem prorogabilem. *l. 1. C. ubi causa Fiscales &c. Umm. Disp. ad proc. 4. Th. 18. n. 97.* Nam clerici Iurisdictionem suam prorogare non possunt, *c. significasti, c. si diligenti.*

*X. d. foro competenti*; ita est duplex, alia fit expresse, *l. 18. ff. d. Jurisd.* alia tacite per comparisonem, & ad actionis institutæ Responſionem *l. 52. pr. ff. d. Judic. l. 1. C. d. Jurisd.* Enimvero de distinctione inter *legalem & conventionalem* prorogatum Jurisdictionem dubitamus, & rectiorem illam sententiam dicimus, qua statuitur, omnem prorogatum Jurisdictionem esse conventionalem; sed lege confirmatam, *arg. l. 2. §. 1. ff. d. judiciis*, adeo, ut nec ejus quidem, cujus Jurisdictio prorogatur, nec Iudicis ordinarii, sive competentis consensus requiratur. *vid. Habn. ad VVesembec. lib. 2. tit. 1. pag. m. 166.* Deinde asserimus, quod aliud sit Jurisdictio prorogata, aliud conventio de Jurisdictione proroganda. In illa pœnitentia locum non habet; obtinet tamen in calu posteriori. *l. 18. ff. d. Jurisd. Umm. disp. ad proc. 4. th. 18. n. 100. 101.* Nec concedimus, quod prorogatio fiat de loco ad locum; neque de tempore ad tempus. *vid. compend. Lauterbach. lib. 2. tit. 1. pag. m. 41. Habn. ad VVesemb. lib. 2. tit. 1. pag. m. 173.* Prorogatio Jurisdictionis de tempore ad tempus non potest fieri. Nec obstat *l. 2. §. 2. ff. d. judiciis*, nam (1) loquitur *Ulpianus* de prorogando tempore, intra quod Iudex datus *pedaneus*, qui nudam tantum notionem habet, non

non Jurisdictionem, *l. 5. ff. de re judic.* iustus est li-  
 tem sibi commissam dirimere. Deinde (2) ex hac  
 lege non potest evinci, quod Jurisdictio annui ma-  
 gistratus ibidem prorogata proponatur; sed tan-  
 tum nuda notio Judicis ad tempus dati, *vid. Vir-  
 nium in question. Juris. lib. 1. cap. 4. pag. m. 23. 24.*  
 nec prorogatio potest fieri de loco ad locum v. gr.  
 ut Judex hujus loci, vi prorogata Jurisdictionis sit  
 quoque Judex Berolini, nam Judices extra territo-  
 rium suum habentur pro privatis. *l. 3. ff. d. Offic.  
 praesid. l. ult. ff. d. Jurisd.* Et privato, qui nulli Ju-  
 dicio praest, ex consensu partium non potest Iuris-  
 dictio tribui. *l. 1. ff. d. Judic. l. 3. C. d. Jurisdic. nec  
 obstat l. 2. ff. d. Offic. procons. l. 17. ff. d. man. vindi-  
 ctæ.* Respondemus, quod hæc leges tantum lo-  
 quantur de actibus voluntariae Jurisdictionis, qui  
 extra territorium jus dicentis expediri possunt;  
 quamvis & illi actus voluntariae Jurisdictionis, qui  
 causa cognitionem & decretum Magistratus desi-  
 derant, quales sunt alienatio praediorum minoris,  
 adrogatio impuberis, *l. 1. ff. d. rebus eorum, qui sub  
 tut. §. 3. Inst. d. adopt.* extra territorium expediri non  
 possint. *vid. Virn. dict. loc. pag. m. 20. 21.* nec ob-  
 stat *Cap. statutum §. in nullo, de rescript. in 6to.* si-  
 quidem hoc caput loquatur de Pontificis delega-  
 to,

ro, qui ut Principis deputatus extra civitatem seu  
 diocesi in quibus deputatus est, potest Jus dicere,  
 modo expressus partium ad id accedat  
 consensus.

COROLLARIA.

I.

Sola Existentia sui heredis pupilla-  
 res tabulas confirmat.

II.

Inter verbis conjunctos habet  
 locum Jus accrescendi.

III.

In querela inofficiosi testamen-  
 ti locum habet successorium edi-  
 ctum.

IV.

Filius juste exheredatus non fa-  
 cit partem.

Man

*Man bat, zu Erfüllung des Platzes, so viel derselbe  
vergönnen will, (Tit.) denen Herren Liebhabern mehrere  
Dispp. angeben, und darbey dienstlich melden wollen: Daß  
solche, wie gegenwärtige, ebenmäßig zu Jena in der Hellerschen  
Buchdruckerey, (mit einem gedruckten Catalogo, der be-  
reits biß in das 9te Alphabeth angewachsen ist, und noch  
viel 1000. Stücke, von allerhand in alle Facultäten einschlagende  
Dispp. in sich fasset,) um billigen Preiß zu haben sind, als:*

Conne de provocationibus & appellationibus  
secundum privilegia Cæsarea, statuta, & obser-  
vantiam illustris Reipublicæ Augustæ Vindelicor.

Bechmanni de avocatione causarum.

Gutheri de causis excelsissimum iudicium Impe-  
riale aulicum fundantibus sine concurrentia cum  
iudicio Camerali.

Glafey de jurisdictione voluntaria extra territo-  
rium non exercenda, occas. L. II. D. Off. Proc.

Beecleri de comitiis universalibus imp. Rom. G.

Bachii de causis conjunctis earumque foro com-  
petente.

Boehmeri de appellationis interpositæ renuncia-  
tione.

Ejusdem de finibus jurisdictionis Imperialis  
quoad in causis ecclesiasticis competit.

Streckeri de eo quod iustum videtur circa ap-  
pella-

pellationem à statibus Imperii Evangelicis ad Imperatorem in causis ecclesiasticis.

Herrelit de privilegio Saxonico de non appellando ad terras Milnicas, Thuringicas, & Franco-nicas extendendo.

Thomastii de officio directorum & Ducum circularium in executione sententiarum.

Beckii de curiarum provincialium Saxon. jurisdictione, qua ratione in causis etiam criminalibus fundata sit.

Estor de jurisdictione curiarum clientelarium Germanicarum, & de causis feudalibus ibi tract.

Bachii de prorogatione jurisdictionis.

Beckii de potestate & jurisdictione Principum, speciatimque S. R. Imperii, in liberos.

Hoffmanni de usu moderno iudicii parium curia.

Streitii de appellationibus recipiendis vel non. Bartheldtii de jurisdictione camerali ejusdem fundamento.

Behrii de remediis abbreviandi processum civilem.

Tafingeri de suprema in Imperio Romano-Germanico jurisdictione.

F I N I S.







Jena, Diss., 1699



7


TA-706

h. u. M. Stock aufg.

WMA







B.I.G.

Farbkarte #13

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI ET CIVILIS,  
DE


1699, 9

# SIMPLICI QVERELA,

12

NOSTRIS:

Von denen Rechts-Händeln und Personen, welchen, mit  
Übergehung der ersten Instanz, erlaubet ist, sogleich an die  
höchsten Reichs- oder Land-Gerichte sich zu wenden.



QVAM

SVB PRAESIDIO

DN. IOHANNIS *Schack*,

ICTI, PROFESSORIS IVRIS PVBLICI ORDIN,  
ET CONSISTORII REGII ASSESSORIS,

DIE X. SEPT, A. MDCCXCVII

IN ACADEMIA GRYPH. CELEBERRIMA,

PVBLICE DEFENDIT

MAGNVS IOHANNES DE *Schrader*,  
NOBIL. POMER. LL. STUDIOVS.



I E N A E,

REC. LITTERIS HELLERIANIS, 1757.

